

57 clusionem tenet, Cyn. in leg. Sancimus 2. col. Cod. de Nuptiis, Bartol. in leg. Titio centum. §. Titio genero, penult. column. num. 6. ff. de Cond. & d. monst. & ibi Joan. de Imol. penult. column. in fin. Bald. in leg. Cunctos populos, Cod. de Summa Trinit. & Fid. Cath. 11. column. n. 17. idem Bald. in leg. cum lege. Cod. de Episc. & Cler. 1. col. num. 3. idem Bald. in leg. fin. §. Ipsum autem 1. column. & 1. notab. Cod. de Bon. que liber. Alber. in leg. Quoniam in prioribus penult. column. Codic. de Inoffic. testament. ubi notabiliter loquitur: Salyc. in Authent. novissima, 6. column. 11. quest. princip. Cod. eod. tit. Hostiens. Joan. And. Abb. Cardin. Ancharra. & communiter DD. in cap. Licet extra de Voto, & istam dicit communem opinionem Jas. in dist. Authent. novissima, Cod. de Inoffic. testament. penult. column. Joanne Cirier. in tract. de Primogenit. in 2. lib. 16. quest. Pro qua communi sententia & conclusione facit bonus & expressus text. in cap. Raynuius. Extra, de Testament. prope fin. ibi: Ita quod deductio fiat tantummodo de his rebus de quibus secundum Threscana consuetudinem civitatis fieri consuevit: ubi expressè probatur, quod lex vel consuetudo potest augere, diminueri, vel disponere circa legitimam filiorum: & ad hoc illum textum notat & commendat Abb. antiquus, Joan. Andr. Cardin. Anc. Abb. Panor. 5. 5. column. 12. Barba. latè 34. column. num. 30. & illum textum ad hoc reputat singularem & unicum Lud. Rom. in leg. Si sequens. §. fin. ad Syllamian. Sed certè illè textus hoc non bene probat; quia tantum vult, quod consuetudo possit inducere, ut in certis rebus solvatur legitima, & non in qualibet re hæreditaria; & iste verus, & proprius sensus secundum Abbatem, & communiter DD. ibi: & hoc est benè notandum, secundum eos.

58 Quartò principaliter quæro, dato quod pater vel mater possit licitè & cum bona conscientia facere majoratum vel meliorationem, & unum ex filiis eligere vel nominare; an teneatur eligere vel nominare majorem, vel possit eligere vel nominare secundum, vel minorem? Et breviter respondeo, quod licitè & iustè potest secundum, vel minorem, vel alium quem vellet eligere & nominare, nec præcisè tenetur filium primogenitum præferre; præsupposito quod electus & nominatus sit dignus & benemeritus sicut primogenitus; quia tam de jure communi quàm per II. regias talis electio & nominatio residet in persona patris: unde, meritò potest cui velit gratificare; dùm tamen aliis relinquat legitimam, vel alimenta: argumento eorum quæ suprâ proximè dixi, & argumento text. in leg. 1. per totum, Cod. & ff. de Inoffic. testam.

& in specie probat text. in leg. Parentibus, Cod. eod. tit. text. in Authent. unde si, eod. titul. text. in leg. Si notas, Cod. de Inoffic. donat. text. in leg. Pactum quod dotali, Cod. de Pactis; text. in leg. Fœmina, Cod. de Secund. nupt. text. in leg. Cum quidam. ff. de Legat. 2. text. in leg. Unum ex familia, & per totam legem, probat etiam text. 18. & lex. 44. his II. Taur. Confirmatur etiam autoritate divinæ Scripturæ Genesis cap. 27. ubi habetur, quod Jacob diligebat filium suum juvenem & minorem Joseph plus quàm alios filios & fecit ei tunicam polymitam vel sericam in signum majoris dilectionis, vel ex eo quod in senectute genuit eum, vel ex eo quod in eo vigeat maxima virtus, prudentia, & sapientia. Rursus confirmatur exemplo David, qui prætulit Salomon filium suum juniorem aliis fratribus ejus, & proposuit in regno propter ejus sapientiam & bonitatem, ut habetur 3. Regum cap. 1. regulariter tamen hodie semper fit & constituitur majoratus vel melioratio in filio majore, propter rationes quas assignavi in successione Regni; quas vide.

59 Quintò principaliter quæro, si pater vel mater fecit & constituit majoratum vel meliorationem, non exprimendo, quod veniret ad filium majorem, sed tantum dicendo, quod veniat ad unum ex filiis suis; vel fortè, cum non haberet filios, vocavit consanguineum, vel extraneum, & post mortem eorum dixit & voluit, quod veniret ad unum ex filiis eorum, & disponit quod bona sint indivisibilia & inalienabilia; an talis constitutio majoratus vel meliorationis vitietur propter incertitudinem personæ, vel valeat & teneat, & succedat filius major, & ille præferatur & censeatur vocatus per constitutionem? Et certè articulus est novus, subtilis, & utilis; in quo breviter videtur dicendum, quod talis constitutio & dispositio vitietur; quia in jure nostro incertitudo circa personam honoratam semper vitiat dispositionem; textus est in leg. Quoties. §. Si quis nomen. ff. de Hæred. instit. text. in leg. Tempus. §. Quoties, eod. titul. text. in leg. Paulus, la 2. ff. de Rebus dub. text. in leg. Fuerit, eod. tit. text. in leg. Qui plures. ff. de Usufruct. legat. text. in leg. Cum ex pluribus. ff. de Manumis. testament. Quod procedit & habet locum, etiam si actus sit pius & favorabilis, ut habetur in dictis juribus.

Sed his non obstantibus, ego teneo contrariam sententiam, imò, quod talis constitutio & dispositio majoratus vel meliorationis valeat & teneat, & in dubio semper censeatur vocatus filius major primogenitus, & per consequens postea successivè deveniat in majorem:

rem: (e) Pro qua sententia & conclusione primò facit tale fundamentum; quia cum pater vel disponens voluit, quod bona essent indivisibilia & inalienabilia, per consequens voluit, quod ad unum tantum venirent: si ad unum; ergo in dubio ad primogenitum, per rationes notabiles quas suprâ assignavi in successione regni. Secundò & magis in specie pro hac sententia & conclusione facit textus singularis in jure in leg. fin. ff. de Fide instrum. ubi habetur, quod si divisio & contentio sit inter fratres vel hæredes, apud quem debeat esse testamentum patris vel testatoris? Judex debet præcipere ut sit penes majorem: cujus verba sunt. Si de tabulis testamenti agatur deponendis, & dubitetur cui eas deponi oportet, semper seniores juniore, & amplioris honoris inferiori, & marem fœmina, & ingenuum libertino præferemus, & illum textum in sua decisione notat & commendat ibi Bart. Odoffred. Bald. & communiter DD. ibidem. Bart. & alii DD. in leg. Procurator. Cod. de Edend. idem Bald. in cap. 1. §. Præterea de Prohib. feud. alien. per Feder. in lib. 2. Feudor. fin. column. in medio. Jas. in leg. Cum quid. ff. Si cert. pet. penult. column. & ibi Moderni Joan. le Cirier, in tract. de Primogen. in 2. lib. 2. quest. & 2. column. Tertio facit text. in leg. Cum pater. §. Pater pluribus. ff. de Legat. 2. ubi probatur, quod claves domus, vel rerum hæreditariarum semper debent esse penes majorem: & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet, licet non ita benè fundet Franc. de Aretin. in consiliis suis. consil. 162. column. 3. versic. Et pro istorum verborum declaratione. Roder. Suar. ubi valdè commendat in repetitione. leg. Quoniam in prioribus. Cod. de Inoffic. testament. 27. fol. col. 3. versic. Unum tene menti perpetuò.

Ex quibus noviter & singulariter infero, quod si pater, vel descendens, vel constituens majoratum vocavit filium majorem, & dixit, quod bona essent indivisibilia & inalienabilia; dato

(e) Unde, si ex aliqua dispositione, vel scriptura donationis, testamenti, privilegii, probationis, vel sententiæ competat aliquid alicui jure majoratus; licet aliæ clausulæ vocationis prohibitionis, vel fideicommissi in eadem scriptura non contineantur, hæc omnes clausulæ censebuntur appositæ, eosdemque sortientur effectus, quos apud nos & alias provincias bona primogenitorum & majoratum ex consuetudine, moribus, legibus, aut constitutionibus habere solent, ut asserit Suar. in question. majorat. num. 8. Palac. Rube. in Rubric. de Donat. inter virum, §. 69. n. 22. Gregor. Lop. in leg. 2. gloss. post princip. & gloss. El mas propinquo, tit. 15. part. 2. Covarrub. lib. 3. Variar. resolut. cap. 5. per totum. Menchac. de Success. creat. cap. 26. num. 86. Burg. de Paz in Proximo legum Taur. num. 88. Deci. cons. 297. Matienz. in leg. 1. tit. 7. lib. 5. Recop. gloss. 7. num. 1. Molin. lib. 1. de Primogen. cap. 4. n. 14. cum seqq. & rationem latè tradit Matienz. ubi suprâ n. 2.

(f) Idem tenet Parisius consil. 75. num. 82. lib. 4. Covarrub. lib. 1. Variar. cap. 5. n. 4. Greg. in leg. 2. tit. 15. part. 2. verb. El mas propinquo. Menchac. de Success. creat. lib. 3. §. 26. num. 94. Molin. lib. 1. cap. 4. per totum, Velazq. hic, gloss. 1. num. 2.

60 Sextò principaliter quæro, an pater vel mater faciens vel constituens majoratum vel meliorationem, possit vocare vel eligere filiam, extantibus masculis? Et breviter & resolutivè dico, quòd de jure benè potest eam eligere, & masculis præferre: argumento eorum quæ dixi *suprà proxima quæst.* & in specie argumento text. in *leg. maximum vitium, Cod. de Liber. præter. cum similibus.* Quod intelligo, præterquam si secundùm qualitatem majoratus vel meliorationis magis conveniat masculus quàm femina; quia tunc, secundùm rectam conscientiam tenetur illum eligere, & præferre; argumento eorum quæ dixi *suprà eod. in 3. quæst. princip.*

61 Septimò principaliter quæro, si constituens majoratum vel meliorationem vocavit tantùm masculos, & prohibuit fœminas succedere, & reperitur masculus descendens ex femina; an possit succedere, & majoratum vel meliorationem obtinere? Et breviter & resolutivè dico, quòd non; quia ea ratione qua excluditur femina, & est inhabilis ad succedendum, eadem debet excludi masculus descendens ex ea: Ita probat text. in *leg. Si viva mater, Cod. de Bon. mater. ibi: Hoc jure utatur quod de filiis constitutum est, cum versic. sequenti,* ubi habetur, quòd non debent habere plus juris nepotes, quàm filius vel filia, à quo vel qua descendunt; & ad hoc notat & commendat *ibi Cyn. Jacob. Butr. Bart. Albert. Bald. Salyc. Paul. & Philipp. Corne.* Probat etiam textus notabilis & expressus in *cap. 1. §. Hoc autem notandum est, de his, qui feudum dare possunt, in lib. 1. Feud.* ubi habetur, quòd si in feudo vel dispositione prohibetur filia fœmina succedere, pari ratione videtur prohibitus masculus descendens ex ea, tanquam ex radice infecta; & ad hoc notat & commendat Bald. & communiter Feudistæ. Probat etiam text. in *leg. fin. Cod. de Natur. liber.* ubi habetur, quòd sicut filius naturalis non succedit patri ab intestato, ita eodem modo non succedit nepos, quantumcumque legitimus & naturalis natus ex eo. Confirmatur etiam ratione naturali & philosophica; quia in causato non potest esse plus virtutis quàm pcedat ab influenti potentia causæ, secundùm Philosophos: Et in expressò, ex his fundamentis & rationibus istam sententiam & conclusionem tenet *Specul. in tit. de Locato. §. unic. Verò aliqua, versic. 266. Joan. Andr. in Addit. ad Specul. in titulo de*

Testament. super. rubr. Bart. in leg. 2. §. Vivendum. ff. ad Terul. idem Bartol. in leg. Liberorum. ff. de Verb. signific. 6. column. & in versic. sequenti, Bald. in leg. Sed si hac. §. Liber. 2. lect. ff. de in Jus voc. & ibi Paul. & alii DD. idem Bald. in Authent. si quas ruinas, fin. column. in fin. Cod. de Sacros. Eccles. idem Bald. in leg. Maximum vitium 5. column. Cod. de Liber. præter. idem Bald. in leg. 1. ff. de Senatoribus, idem Bald. Paul. & communiter DD. in leg. 1. de Condit. incertis, Paul. de Castr. ubi singul. loquitur in leg. Gallus, §. Nunc de lege Vellejan. fin. col. ff. de Liber. & posthum. & ibi Aret. Alexand. & communiter moderni, præcipuè Jas. antepenult. column. idem Jas. in leg. Si quis id quod 5. column. ff. de Jurisd. omn. jud. Paul. de Castr. in leg. Qui exceptionem. ff. de Cond. indebit. 1. column. num. 5. Palac. Rubens in repet. rub. de Donat. inter vir. & ux. fol. 52. column. 4. verb. Ad cujus confirmationem, Mart. de Laude in tractat. de Primog. 26. quæst. Joan. le Cirier, in tract. de Primog. in 23. quæst. Cifuentes in ista leg. 40. quæst. 2.

Item quæro, in eo casu quo tantùm masculus debet succedere in majoratu, an succedat Hermaphroditus? Et breviter dico & teneo, quòd si in sexu masculino magis incalescit, succedit: si verò in sexu fœmineo magis incalescit, non succedit; & si in utroque æqualiter incalescit, ipse potest eligere in quo sexu vult vivere & servare; argumento textus notabilis in *leg. Quæritur. ff. de Statu homin. & ibi expressè tenet & inducit Bald. 2. lect.*

62 Octavò principaliter quæro, si faciens vel constituens majoratum vel meliorationem, dicat, quòd veniat in filium majorem, vel in certam & determinatam personam, & quòd postea veniat ad filios & filias descendentes ejus majores; vel dicat, quòd veniat ad filios aut ad filias & descendentes majores; & contingat, quòd reperitur filius & filia, & filia sit major; vel reperiantur alii descendentes, quorum unus sit masculus, & alia fœmina, & fœmina sit major; quis eorum succederet? In qua quæstione nova & subtili dico, quòd succederet filius vel descendens masculus, & excluditur fœmina, quantumcumque sit major, taliter quòd semper præferatur linea masculina lineæ fœmininæ; & deficiente linea masculina, succedat fœminina, & major præferatur minori; & in quæstione de factò ita dixi & respondi. (g) Primò, quia quando quis

(g) Ita tenet etiam Gregor. in *leg. 3. tit. 13. part. 6. gloss. 1. column. 2. Covarrub. lib. 3. cap. 5. num. 5. Gregor. idem, in tit. 15. part. 2. verb. El mas propinquo, Azeved. in leg. 5. tit. 7. lib. 5. num. final. Molin. lib. 1. cap. 3. num. 8. & lib. 3. cap. 4. num. 4. & 5. Velazq. de Avend. hic, gloss. 9. num. 33.*

vocat vel instituit plures hæredes colectivo modo, inter quos cadit ordo charitatis & naturæ, non intelligitur eos simul vocare vel instituire, sed ordine successivo; ita probat text. juncta Gloss. ordinaria, in *leg. Gallus. §. Quidam rectè. ff. de Liber. & posthum. in gloss. fin. quæ ad hoc reputat ibi singularem & unicam Dinus, & communiter alii DD. Ergo in præsentì, attenda natura & qualitate majoratus vel meliorationis qui semper fit pro conservanda memoria constituentis, & regulariter solet præferri linea masculina, præferatur in isto casu. Secundò, quia quando testator vel disponens gravat hæredem, vel legatarium, extra familiam non alienare, sed ei restituere; non videtur vocare simul omnes de familia, sed ordine successivo, ut proximior in gradu præferatur; textus est in *leg. Cum ita legatur. §. In Fideicommissio. ff. de Legat. 3. & ibi Gloss. & communiter DD. text. in leg. Peto. §. Fratre, eod. tit. & latius dixi *suprà.* Tertio pro hac sententia, & conclusione facit textus notabilis & ferè expressus in *leg. Cum pater. §. penult. ff. de Legat. 2. ubi habetur, quòd si uxor instituit maritum hæredem, & eum gravavit, ut si decedat sine liberis restituat hæreditatem propinquis suis, vel propinquis uxoris; non admittuntur omnes simul, nec alternativa stat in sua propria significatione; sed admittuntur propinqui ordine successivo scripturæ: quia prius debent admitti propinqui ipsius mariti; & eis non extantibus, admittuntur propinqui ipsius uxoris: & ad hoc notat & commendat *ibi Bart. Alb. & communiter DD.****

Quartò facit, quia cùm constituens vel disponens prius vocavit masculum in successione; eadem ratione videtur postea etiam velle, ut semper masculus succedat & præferatur fœminæ, etiam majori; & per consequens, linea masculina præferatur fœmininæ: ita probat textus notabilis in *cap. 1. de Eo qui sibi vel heredibus suis masculis & fœminis investituram accepit, in lib. 2. Feud. & ad hoc ibi nota Gloss. ordinaria. Notat etiam & commendat Bald. in cap. Significavit. de Rescript. 1. column. Jacob. de Sanct. Geor. in tract. Feud. 20. fol. 12. probat etiam text. in *cap. 1. §. Quin etiam Episcopum vel Abbatem. in usibus feud. ubi habetur, quòd si quis accipit feudum pro se & suis descendentibus masculis & fœminis, semper masculus præferatur; & eo extante, fœmina excluditur: & ibi notat &**

63 commendat Bald. & communiter DD. Nec observat si dicatur, quòd prædicta lineæ vel personæ, modò vocentur copulativè, modò alternativè, semper debeant admitti pariter & simul; quia copulativa semper conjungit personas vel res viriliter & pro parte, ut in *leg. Reos. §. Cum in tabulis. ff. de Cond. insit. Item etiam, quia alternativa posita inter personas honoratas, tam in contractibus, quàm in ultimis voluntatibus, resolvitur in conjunctivam, ut utraque simul admittatur pro parte; textus est singularis in *jurè in leg. penult. Cod. de Verb. signific. Ergo in nostro casu & quæstione omnes pariter & simul deberent admitti. Quia notabiliter respondeo, quòd prædicta debent intelligi, præterquam si talis copulativa vel alternativa ponatur inter personas vel lineas inter quas cadat affectio ordinata; quia tunc debent admitti ordine successivo; argumento textus notab. in *dist. leg. Cum pater. §. penult. ff. de Legat. 2. & ibi communiter DD.***

64 Nonò quæro; si faciens vel constituens majoratum vel meliorationem, vocavit masculos, & in defectum eorum vocavit fœminas; & contingat, quòd sit extincta & finita linea masculorum, & tantùm superest linea fœminina, & ex ea reperitur masculus & fœmina; quis eorum succedet & præferetur? Et teneo & respondeo, quòd succedet & præferetur masculus: nam ex eo quòd constituens & disponens prius vocavit masculum, & in eorum defectum vocavit fœminas, videtur semper velle præferre masculum; textus est valdè notabilis in *jure in Cod. 1. de Eo qui sibi vel heredibus suis masculis & fœminis investituram accepit, in lib. 2. Feud. & notat & commendat Gloss. ordinaria Bald. Andr. de Iern. & communiter Feudistæ; notat etiam & commendat Bald. in cap. Significavit. 1. col. in med. extra de rescriptis.*

64 Decimò principaliter quæro: si quis constituit majoratum, vel meliorationem, dicendo, quòd bona deveniant in filium majorem per viam majoratus, ita ut non possint vendi nec alienari; & alias personas quæ post mortem filii majoris succederent non expressit, nec nominavit; (h) an mortuo filio majore, prædicta bona perveniant ad filium ejus primogenitum, & post eum, in alios successores, per viam & ordinem comunem majoratus, taliter quòd semper & perpetuò perveniant in filium majorem masculum; &

(h) Vel cùm haberet plura bona, Rex vel Princeps concessit sibi titulum Ducatus, aut Comitatus, vel dixit, quòd deinceps habeat jure & titulo majoratus; vel fortè Rex vel Princeps concessit sibi Castrum, Villam, vel oppidum per viam & titulum majoratus, nulla deinceps alia persona nominata vel electa, ad quam perveniat majoratus.

& deficiente masculo, perveniant ad fœminam? Et videtur quod non, imò, quod solus primus filius masculus vocatus succedat cum illo vinculo & gravamine de non alienando; sed post mortem ejus expiret majoratus, & omne vinculum & gravamen ejus; & per consequens non censeantur vocati alii filii & descendentes majores ordine successivo per viam majoratus, nec amplius bona sint vinculata, nec subjecta restitutioni, sed bona efficiantur libera sine aliquo vinculo & gravamine, & dividantur inter hæredes & successores sicut alia bona libera; quia ipse pater vel constituens majoratum solum primum vocavit, & ulterius non procedit, nec alias personas vocavit nec nominavit; & talis prohibitio alienationis ex juris dispositione ultra personam gravatam non extenditur, nisi expressè per disponentem dicatur, & exprimat. Ita probat text. in Authent. de Restitut. fideicom. cap. Nos igitur, col. 9. & ibi tenet Gloss. fin. & communiter DD. & per illum text. juncta Gloss. tenet Din. in leg. Filius familias §. Divi. ff. de Legat. 1. & ibi Bartol. penult. column. num. 20. Bald. 1. column. & quest. Imol. 3. column. n. 2. Alexand. 7. col. num. 25. Jas. 1. lectur. 15. col. num. 71. & 2. lectur. 19. quest. Cin. in leg. Voluntas, Cod. de Fideicom. fin. column. & quest. & ibi Bald. & communiter DD. Bartol. in leg. Lucius. §. 1. ff. de Legat. 3. Roderic. Suar. in repet. leg. Quoniam in prioribus, Cod. de Inoffic. testam. fol. 66. licet Palac. Rubeus relinquat cogitandum in sua repetition. fol. 101. 2. column. Sed in hoc articulo ego firmiter teneo contrariam sententiam; imò, quod mortuo filio majore primo nominato prædicta bona perveniant ad alios successivè per viam majoratus, præferendo semper majorem masculum, & in defectum ejus, fœminam; & hoc ex tacita & conjecturata mente disponentis; quia ex eo quod voluit quod prædicta bona pervenirent in filium majorem per

viam majoratus, & essent inalienabilia, apertè voluit quod perpetuò pervenirent in alios successivè, & sic de majori in majorem, & in defectum eorum in fœminas, præferendo semper masculum fœminæ, & majorem minori, per viam & ordinem communem majoratus. (i) Et hoc tali fundamento; quia dispositio legis, vel principis, vel cujuslibet personæ privata collata in uno casu expresso & determinato habet etiam locum in alio omisso, quando verisimiliter idem disposuisset, si de illo cogitasset & esset interrogatus; ita probat textus singul. in jure in leg. Tale pactum, §. fin. ff. de Pactis & ibi Gloss. ordinaria & communiter DD. text. in leg. Titius. §. Lucius. ff. de Liber. & posthum. text. in leg. Si ita scriptum eod. tit. text. cum materia in leg. Cum avus. ff. de Condition. & demonstrat. text. unicus in suo casu in leg. 3. Cod. de Inoffic. testam. Et in terminis in casu nostro & questione istam sententiam & conclusionem tenet Bald. post Gloss. ibi in cap. 1. Quibus mod. feud. constit. poss. 2. column. num. 4. ubi reputat singulare & mente tenendum; & faciunt expressè ea quæ dixi supra ista lege num. 12. ubi fundavi, quod in dubio, quando Rex vel Princeps, vel privata persona facit aliquem actum, vel concedit privilegium, semper videtur facere & concedere cum qualitate & prærogativa quæ inest in simili actu, privilegio, vel dignitate.

Undecimò quæro, si possessor Regni, Ducatus, Majoratus, vel meliorationis vinculata, decedat cum nepote nato ex filio majore jam præmortuo, & cum alio filio secundo vivo; quis eorum præferatur & succedat? Et certè quæstio est ardua, subtilissima & celebris (k) in qua dixit Bald. in leg. Ex hoc jure. ff. de Just. & jur. quod in ea habet oculos nycticoracis; idem Bald. in leg. Cum in antiquioribus. Cod. de Jure delib. fin. column. dicit solvat Apollo, idem Bald. in consiliis suis, consil. 272. column. 2. volum. dicit, quod

(i) Quam etiam tenet Burg. de Paz, in questionibus suis, quest. 2. num. 77. cum pluribus sequentibus Azeved. in rubric. tit. 7. lib. 5. Nova Recopil. num. 5. & 6. quia cum mentio majoratus vel vinculi fiat, durat in perpetuum, etiam si tantum unus ad eum vocetur, ut tradit Covarrub. in lib. 3. Variar. cap. 5. num. 6. & Orosi. super. ff. Vet. 5. column. 955. verb. 36. Pelaez de Majoratibus in initio prima partis, num. 4. 6. & 7. quod & in anniversario procedere docet Menesius in rubrica de Fideicommissis num. 8. cum ad majoratus similitudinem constituatur & deducatur; & docet etiam Pelaez ubi supra, num. 7. Azeved. ubi supra, num. 6. etiam si modernus Salaz. de Usu & consuetudine cap. fin. velit eos reprehendere. Secus verò foret, si mentio verbi vinculi non ferret, etiam si vocaretur filius major, & in ejus defectum alter filius ejus major, nepos institutoris, ita ut bona essent inalienabilia; quia hæc institutio non erit perpetua, sed tantum durabit usque ad nepotem vocatum, ut tenet Covarrub. ubi supra, num. 4. Rebuff. in repetit. leg. unica, Cod. de Sententiis, quæ pro eo quod interest notabili 1. num. 40. Azeved. supra, num. 7.

(k) De patruo, & nepote, quam post Emmanuelem Costam qui justo volumine eam prosequitur declarat eleganter Othomanus omninò legendus lib. Singul. questionum, quest. 3.

quod in hac quest. asserere aliquid certitudinaliter, esset potius superstitiosum quam discretum; Et magistraliter & perfectè hanc quæstionem intendendo disputare & declarare, ut melius veritas appareat. Et videtur, quod secundus filius vivus præferatur nepoti vel descendenti ex filio primogenito mortuo: Primò, quia certum est, quod sive respicias personam fundatoris, sive personam ultimi possessoris, filius secundus est proximior in gradu; ergo præferendus; argumento text. in leg. 1. & per totum, ff. de Gradibus. text. in leg. 2. §. Hæreditas. ff. de Suis & legitim. hæredibus. text. in leg. 1. §. Proximus. ff. Unde cognat. text. in leg. 12. Tabularum. §. Hujusmodi, Cod. de Legit. hæred. text. in §. Si plures Instit. de Legit. agnat. success. text. in §. fin. Instit. de Servit. cognat. text. in reg. qui prior. de Regul. jur. in 6. text. in leg. Quoties utriusque. ff. de Reg. jur. Secundò ordo naturæ, dilectio, & dispositio juris semper præfert filium nepoti in his, quæ non possunt esse vel exerceri per plures, sed per unum; text. est in leg. Cum ita. §. fin. ff. de leg. 1. text. in leg. Peto. §. Fratres. eod. tit. text. in leg. fin. Cod. de Verbor. significat.

Tertiò pro ista parte facit text. singularis in leg. Si libertus præterito. §. Si libertus intestato. ff. de Bon. libertor. ubi disponitur, quod si patronus decedat relicto filio, & ex altero filio præmortuo relicto nepote, filius præfertur in jure patronatus; quia reputatur proximior in gradu; idem etiam probat text. in leg. 3. §. Si duo, vers. Proinde. ff. de Legit. tutor. ubi, quando libertus minor habet plures patronos, quorum unus decessit relicto filio, alter, relicto nepote ex filio mortuo; hæreditas & tutela illius liberti pertinet filio, & non nepoti; & ad hoc notat & commendat ibi Bald. & DD. antiqui. Quartò facit; quia constituens majoratum, qui vocavit proximiores, videtur se referre ad ordinem & causam naturalem, & non fictam, argumento text. in leg. Qui liberis. §. Verba, ubi habetur, quod si testator substituit per hæc verba, quisquis mihi hæres erit, sit hæres filio meo, non censetur vocatus ille qui ex persona alterius venit; text. in leg. Filio quem pater. ff. de Liber. & posthum. ibi: Ne imagine natura veritas obumbratur. text. in leg. 3. §. Hæc verba, el. 2. ff. de Negot. gest. text. in leg. 1. §. Hæc autem verba. ff. Quod quisque juris, text. in leg. fin. Cod. de His qui veniam etat. impetr. Sed quod nepos representet patrem, est per quandam juris fictionem non habentem naturalem veritatem; ergo

præferatur secundus filius nepoti; cum inspecta veritate & ordine naturali sit proximior. Et confirmatur, quia quando concurrunt causa naturalis & accidentalis, semper prævalet naturalis, ut est casus singularis & unicus secundum Alb. in leg. Qui habet. ff. de Tutelis. Quintò facit text. in leg. Si viva matre, Cod. de Bonis mater. ubi habetur, quod non debet esse deterioris conditionis filius quàm nepos, quando tractatur de aliquo genere successionis. Sextò & quidem subtiliter facit, quia jus conditionale nullo modo transmittitur etiam ad posteros descendentes ex potentia suitatis, vel sanguinis: ita probat text. in leg. unic. Cod. de His, qui ante aper. tabul. & ibi tenet expressè Gloss. ordinaria finalis & communiter DD. Sed quæstione nostra possessor majoratus censetur gravatus post mortem restituere filio suo primogenito: Ergo si ante mortis incertus habeatur pro conditione, ut in leg. Dies incertus. & in leg. Hæres meus. ff. de Condition. & demonstration. Et in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Richard. Malumbre in leg. Si viva matre, Cod. de Bonis mater. quem ibi refert & sequitur Cin. Alber. Bald. Paul. & Salyc. tenet etiam & sequitur Bart. Paul. de Castr. & alii DD. in Authent. post fratres la. 1. Cod. de Legit. hæred. idem Paul. & Philip. Corne. in Authent. post fratres, la. 2. eod. tit. Bald. Paul. & Philip. Corne. in leg. 3. Cod. de Suis & legitim. liber. Cuman. in leg. Cum ita legatur. §. fin. ff. de Legat. 2. Dominicus in cap. Grandi de Supplenis. neglig. prelat. lib. 6. fin. quest. Andr. de Isern. in cap. 1. de Natura success. feud. 4. column. n. 14. Lucas de Penna in leg. 1. Cod. de Privileg. eorum qui in sacro Palatio militant. Martin de Laud. in tractat. de Primogen. 38. quest. Bald. consil. 275. 2. col. 2. vol. Anchar. consil. 82. fin. col. Aretin. consil. 162. Alexand. consil. 4. penult. col. 4. vol. ubi dicit, hanc opinionem semper secutum fuisse, & esse magis communem; Philip. Decius in consil. 1. 4. volum. qui dicit, ita consultuisse in causa ardua sibi commissa de Regno Portugaliæ; & dicit hanc esse magis communem opinionem.

Sed his non obstantibus, contraria opinio est verior, & tenenda; imò, quod in nostra ardua quæstione præferatur nepos natus ex filio primogenito mortuo in regno, ducatu, majoratu, melioratione vinculata, & qualibet alia successionem indivisibili. (l) Primò, quia certum est, quod in qualibet successionem nepos succedit avo

(l) Quam, præter antiquos, innumeris Doctorum autoritatibus & rationibus probat Tiraq. de Jure primogenitor. quest. 4. Thom. Grammatic. decis. 7. Covarrub. pract. quest. cap. ultim. n. 6. Anton. Gomez, ad Legem Taur. Cc 2 Men-